Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Quattuor Euangelia ussui lectionum missae adcommadata - Cod. Aug. perg. 207

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[S.l.], [9. Jahrh.]

Hieronymus an Papst Damasus

urn:nbn:de:bsz:31-60784

Visual Library

marco. luca. iohanne. Secundus in quibus tres. matheus. marcus. lucas. Tertius in quibus tres. matheus. lucas. iohannes. Quartus in quibus tres. matheus. marcus. iohannes. Quintus in quibus duo. matheus. lucas. Sextus in quibus duo. matheus. marcus. Septimus in quibus duo. matheus. iohannes. Octauus in quibus duo. marcus. lucas. Nonus in quibus duo. lucas. iohannes. Decimus in quibus singuli de quibusdam proprie scripserunt. Et quidem subiectorum titulorum. id est argumentum clara uero eorum narratio haec est. Etenim per singula loca euangeliorum quidam numerus uid&ur adpositus paulatim incipiens a primo. Deinde secundo. postremo tres. Et per ordinem librorum finem usque progrediens. Itaque per singulos numeros supputatio per minii distinctionem inuenitur incerta. significans cui decim titulis adpositus numerus dinoscetur. ueluti siquidem primum certum est in primo. Si uero in secundo. & eodem modo usque ad decem. Si igitur euoluto uno qualicumque de quattuor euangeliis cuilib& capitulo uelli insistere & rescire qui similia dixerint. & loca propria agnoscere singulorum. in quibus eadem sunt prolocuti eiusdem sensus quem tenes relegens propositum numerum quaesitum que eum in titulo quem demonstrat tituli subnotatio. continuo scire poteris & superscriptionibus quas in fronte notas inuenies. qui aut quot debis quae inquiris similia dixerint. ueniens & iam ad reliqua euangelia per eundem numerum quem continens uidebis adpositos per singulos numeros atque eos in suis propriisque locis similia dixisse repperies.

IERONIMVS DAMASO PAPAE.

Sciendum &iam ne quem ignarum & similitudine numerorum error inuoluat. quod sicubi in subnotatione canonum distinctorum in canone quolib& tres euangelistae. bis uel ter. uel quater. aut &iam amplius. eundem numerum per ordinem habuerunt adnotatum. Et quartus e contrario discrepans. quod id quod tres illi in eo loco semel dixerint. quartus totiens in corpore uoluminis sui ponat. quotiens diuersi numeri in eius canone positi sunt. contra praedicto

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

rum numerorum continuataſ ſimilitudineſ; Item ſi in uno quolib& eorum · aut
&iam duobuſ · ibidem in canone numeruſ · biſ · ter · aut eo ampliuſ repperiatur in ordine
conlocatuſ · & diſpariſ inueniatur in c&eriſ · Dubium non erit quod id quod illiuſ illo
rum ue canoneſ numeriſ · biſ · ter rep&itum · ab hiſ in uolumine ſemel dictum ſit ·
Alteri uero eorum totienſ in uno atque eodem ſenſu loquantur · quotienſ pra&ulerint
in numerorum adnotatione diſtantiam · hoc & in omnium · VIIII · canonum conlatione
ſeruabitur; C&erum in decimo q̄m propria ſingulorum tantummodo continentur ·
non poteſt contra id comparatio eſſe · quod ſolum eſt

OPTO UT IN XP̄O VALEAS ET MEMINERIS MEI BEATISSIME PAPA ·

INCIPIT ARGUMENTUM SECUNDUM MATHEU

Mattheuſ & iudaea ſicut in ordine primuſ ponitur · ita euangelium in iudaea primuſ
ſcripſit · cuiuſ uocatio ad dm̄ & publicaniſ actibuſ fuit · Duorum in generatione xp̄i [patrum]
principia praeſumenſ · uniuſ · cuiuſ prima circumciſio in carne · Alteriuſ cuiuſ ſecun
dum cor electio fuit · Et ex utriſque in patribuſ xp̄ſ · ſicque quaternario numero tri
formiter poſito principium a credendi fide in electioniſ tempuſ porrigenſ · Et ex
electione uſque in tranſmigrationiſ diem dirigenſ · Atque a tranſmigrationiſ die uſque
in xp̄m definienſ · decurſam aduentuſ dn̄i oſtendit generationem · ut & numero ſatiſ
facienſ & tempori · Et ſe quod eſſ& oſtender& · & di in ſe opuſ monſtranſ · &iam in hiſ
quorum genuſ poſuit xp̄i operantiſ a principio teſtimonium non negar& ; Quarū
omnium rerum tempuſ · ordo · numeruſ · diſpoſitio uel ratio · Quod fidei neceſ
ſarium eſt · dſ xp̄ſ eſt ; qui factuſ eſt ex muliere · factuſ ſub lege · natuſ ex uirgine ·
paſſuſ in carne · omnia in cruce fixit · ut triumphanſ ea in ſem&ipſo reſurgenſ
in corpore · & patriſ nomen in patribuſ filio · Et fili nomen patri reſtituenſ
in filiiſ · Sine principio · ſine fine · oſtendenſ unum ſe cum patre eſſe · quia unuſ eſt ·
In quo euangelio utile eſt deſiderantibuſ dm̄ · Sic prima uel media uel perfecta ·
cognoſcere · ut & uocationem apoſtoli · & opuſ euangelii · & dilectionem dī in carne
naſcentiſ · per uniuerſa legenteſ intellegant · Atque id in eo in quo adprehenſi ſunt ·